UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

2204. Bugislav, Herzog von Pommern, fordern den Rath von Lübeck zur Hülfe auf gegen die Markgrafen von Brandenburg, am 30. Juni 1280. (?)

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56621

Visual Library

2204. Bugiſlav, Herzog von Pommern, fordert den Rath von Lübeck zur Hülfe auf gegen die Markgrafen von Brandenburg, am 30. Juni 1280. (?)

. . . viris prouidis ac honeſtis (dominis conſulibus et) burgenſibus in Lubeke, amicis ſuis kariſſimus amicicie plenitudinem . . . (hone)ſtati veſtre cum (graciarum aſſurgimus actione, quod) ad ea preſtitiſtis operam efficacem, quod nos jam quaſi . . . . . (t)yrannorum, qui . . . . malum noſtrum jugiter nullis noſtris meritis exigentibus mac(hinantur) . . . . ritate fidej, n . . . . . icia, nos oporteat eorum jnſultibus obuiare, vt eorum . . . . . poſſimus et . . . . noſtrum ſicuti ſalubriter promiſiſtis, ad quatuordecim noctes . . . . . teritam . . . . . qui dicitur Olde vir, nobis nauigio veniatis ferentes (auxilium) . . . . Certi ſumus in Domino, quod . . . . . (in)imicos noſtros bene noſtram debebimus perficere voluntatem . . . . ſum gerentes, quod omnia . . . . . noſtros awunculos dominos de Werle et communes ciuitates confede(ratas) . . . . . firma grata et rata . . . . . ca Gutzekowe, dominica proxima poſt Petri et Paulj apoſtolorum.

In dorſo: Viris prouidis et honeſtis . . conſulibus ac b(urgenſibus in Lubeke.)

Aus dem Lübecker Urk.-Buch II, 37.

2205. Beatrix, Markgräfin von Brandenburg, befreit die Güter des Bautzener Domſtifts zu Reichenbach von allen Steuern und Auflagen, am 15. Mai 1280.

Ne ea, que fiunt in tempore, ſimul labantur, cum tempore acta hominum teſtimonio literarum ac teſtium ſolent munimine roborari. Hinc eſt, quod nos Beatrix, dei gracia marchioniſſa Brandenburgenſis, notum facimus preſens ſcriptum intuentibus uniuerſis, quod deum habentes pre oculis, in memoriam parentum noſtrorum et mariti noſtri cariſſimi domini Ottonis, marchionis Brandenburgenſis, bona dominorum canonicorum Budiſſinenſium, ſita in uilla Richenbach, abſoluimus ab omni precaria et exactione, qve in noſtris terris dari poſſunt, qvacunque neceſſitate ingruente, ita quod nullus deinceps de illis bonis exigere nec audeat extorquere, dantes in huius rei euidens teſtimonium preſentem cedulam, ſigilli noſtri robore communitam. Actum et datum preſentibus fratribus predicatoribus, decano et ſocio ſuo, per manum Conradi notarij, anno dominj M°CC°LXXX°, jdibus Maji.

Köhler's Codex diplomaticus Lusatiae superioris Band I. S. 311.